

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de
Parisiis, M.D.LXXV.

Diaboli potestatem à Christo fractam esse. 84.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

teles, ut est apud Laërtium, dicere solebat, voluptates, non venientes, sed abeuntes, hoc est eorum non initium, sed finem, inspici debere. Siquidem cum veniam, animos nostros falsa suavitatis specie demulcent: at cum abeunt, acerbum pœnitentiæ aculeum in animis nostris infixū relinquunt. Vnde est illud Augustini: Delectatio occidit, & periiit: vulnerauit, & transiit: miserum fecit, & abiit: infœlicem reddidit, & reliquit. Ac rursum in Confessionibus suis: Quocunque se cō-
vertat anima, in doloribus figitur, præterquam in Deo.

*Lib. 4.
cap. 10.*

Diaboli potestatem à Christo
fractam esse. 84.

*C*Vm canis est mordax, hunc tu compescet catena.
Irritus illius tum furor omnis erit.
Tum frustrâ se se huc vertet se vertet et illuc:

x iiii

S A C R A

Dum tibi semper ab hoc cura sit esse procul.
Sic Satanam Christus tam dura compede vinxit,
Iam nullum ut seu ledere dente queat:
Id modò dum quisquam caueat, ne stultus ad illum
Tendat, *et* aeterna sit sibi causa necis.

S C H O L I A.

Cum canis est mordax) Huius Cu-
minis sentētia ab Augustino sum-
Ser. 197. de temp. pta est, qui Sermone quodam hi-
verbis vtitur. Ante aduentum
Christi, solut' erat diabol'. Chri-
stus veniens de eo fecit quod in
Mat. 12. Euangelio dicitur, Nemo potest
intrare in domum fortis, & rape-
re vas a eius, nisi prius alligauerit
fortē. Venit ergo Christus, & alli-
gauit diabolū. Sed dicit aliquis,
Si alligatus est, quare adhuc
tantum præualet? Verum ei
fratres charissimi, quia mul-
tum præualet: sed tepidis, & ne-
gligentibus & Deum in verita-
te non timentibus dominatur.

Alligatus est tanquam innexus
canis catenis, & neminem potest
mordere, nisi eum qui se illi mor-
tifica securitate coniunxerit. Iam
videte, fratres, quā stultus est ho-
mo ille, quē canis in catena posit⁹
mordet. Tu te illi per voluptates,
& cupiditates s̄eculi noli coniun-
gere: & ille ad te nō pr̄sumet ac-
cedere. Latrare potest, solicitare
potest: mordere omnino non po-
test, nisi violentē. Nō enim cogend-
do, sed suadēdo nocet: nec extor-
quet à nobis consensum, sed pe-
tit. Ac rursus hæc Ioannis verba
exponens, Nunc princeps huius *Augusti.*
mundi eiicietur foras, ad hunc *tract. 52.*
modum loquitur: Quid ergo? *en. Ioan.*
Iam neminem fidelium tentat?
Imò verò tentare non cessat. Sed
aliud est intrinsecus regnare, a-
liud forinsecus oppugnare. Nam
& munitissimam ciuitatem ali-

S A C R A

quando hostis oppugnat, nec ex-
pugnat. Ac rursū alio loco: Qua-
leſcūque potest diabolus ad mi-
lū inuitare, nō potest trahere. De-
lectationē infert, nō potest statem.
Consiliū ingerit, non cōflictum

Filiali timore deo seruiendū esse

85.

Clamores lupus horrescens hominūmque canūmque,
Cogitur in celerem se dare sāpe fugam.
At licet innocuo, non dentem infigat onili:
Vt venit ipse tamen, sic abit inde lupus.
Huic similis planè est, metuens qui tartara solū,
Crimina, non recti ductus amore, fugit.
Inctum etenim querulo cum murnare, cumq; timor
Obsequium magno displicet usque Deo.

S C H O L I A.

Clamores lupus) Duplex timoris
genus est, vnum seruile, alterum
filiale. Timor filialis in Scriptura
magnopere commendatur: ac
tum demum locum habet, cum
anima non pœnæ metu, sed pe-
cati odio, ac sincro Dei amo-